

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 295

**Auteur(s) :** Avesgaud [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Chartres (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [983-985]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Avesgaud concède à Notre-Dame de Chartres l'église d'Illiers [-l'Evêque], avec toutes ses dépendances, située dans le pagus d'Évreux, qui lui avait été donnée par la comtesse Liégeard sur le conseil de ses fils Hugues, archevêque de Bourges et Eudes, comte [de Blois].

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bauduin Pierre, *La première Normandie (Xe-XIe siècles). Sur les frontières de la haute Normandie*, identité et construction d'une principauté, Caen, Presses universitaires de Caen (Bibliothèque du Pôle universitaire normand), 2004, Annexe II, n° 1, p. 365-367.

## Dissertation critique

L'acte n'est pas postérieur à 985, année de la mort d'Hugues, archevêque de Bourges.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis. Cum terrena temporalia cuncta transire videantur et immortale nichil mundi compage teneatur, summopere considerandum est cuique mortalium in Christi fide solidatorum ad ea se tendere debere que non sunt transitoria, sed perenniter mansura et que non sunt temporalia sed eterna atque ideo immortalia. Si quis igitur fidelium Christi talia perpendens, bene sibi in futurum prospiciendo, Deum et sanctos ejus in rebus temporarie proprietatis sue mentis desiderio et executione pie actionis heredes fecerit, veram illam hereditatem sanctis omnibus in terra viventium repromissam se percepturum absque ulla ambiguitate credens confidere poterit. His itaque salutaribus hortamentis edoctus et divina ut minime dubitandum inspiratione preventus, ego, videlicet Avesgaudus, notum esse volo cunctis successoribus meis et ceteris sancte Dei Ecclesie fidelibus, principum quoque ac nobilium personis qualiter quandam ecclesiam proprietatis mee, quam Letgardis, benigna comitissa, cum consilio filiorum suorum Hugonis archiepiscopi et Odonis comitis et ceterorum propinquorum seu fidelium suorum michi in hereditatem donavit, Sancte Marie Carnotensis ecclesie ejusque canonicis pro remedio anime mee et absolutione anime Letgdgardis et salute supradictorum filiorum suorum, concedo et trado et de mea potestate in eorum potestatem habendam transpono. Est autem ipsa ecclesia in pago Ebroicensi in villa que appellatur Ilegias cum terris et aliis adjacentiis que ad ipsam pertinent. Hanc igitur ecclesiam, cum omnibus sibi pertinentibus sicut superius dictum est, predictae sancte matri ecclesie et canonicis ejus ibidem Christo militantibus dono et trado ; ita ut ab hodierna die et deinceps eam teneant et de fructibus ejus stipendium capiant ea conditione ut pro mea et Letgardis comitisse anima, necnon et auxilio filiorum suorum Hugonis atque Odonis Deum jugiter exorent quatinus peccaminum nostrorum veniam consequamur et premium

superne remunerationis a Christo iudice percipere mereamur. Si qui autem adversarius et non christianus hanc donationem vel elemosinam frangere voluerit, maledictus sit cum suo anathemate hic et in perpetuum dampnetur et ignibus flamme ultricis scelerum comburatur. Quatinus autem hec donatio perpetualiter firma et stabilis maneat manu propria eam subter firmavi et senioribus meis Hugoni atque Odoni eorumque fidelibus roborandam obtuli. (crux) Hugo scilicet Biturigensis humilis archiepiscopus (crux) Odonis comitis. Signum Avesgaudi. Signum Harduini. Signum Yvonis. Signum Suggestii. Signum Tetduini.